



## **Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica**

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum, quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Provisione Et Obtentione Beneficiorvm

**Leuren, Peter**

**Coloniæ Agrippinæ, 1704**

836. An gratiosa illa subrogatio, de qua supra, operetur continuationem illam possessionis in ordine ad complendam annalem pacificam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74485](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74485)

*in Brixienf. paroch. 2. Junii 1587.* Circa quod tamen observandum, quod habet Tond. *in qq. benefic. p. 1. c. 85. n. 67.* ex Buratt. *decif. 583. n. 3.* quod sola impetratio facta per adversarium non noceat, sed ea non obstante semper currat tempus triennalis possessionis; nisi præterea intervenierit citatio. Ubi etiam illud observandum, quod habent verba regulæ in fine; nimirum, quod si impetrans regulæ non satisfecerit, & vel sic frivole molestarer possessorem, & hic propterea absolvarur, beneficium illud ex tali impetratione, non dicatur litigiosum. Chok. *hic. num. 60.* juxta Lancelot. *de arrent. p. 2. c. 4. in prafat. n. 163.* De quo vide fusè agentem Mandof. *hic. q. 86. 87. 89.* Plura de pacifica possessione vide ad regulam de triennali.

*Quaestio 835. Qualiter iste annus pacifica possessionis spectetur, & integretur ex possessione plurium successivè?*

**R**espondeo: dum annus non est completus tempore prioris possessoris, v. g. resignantis, ut quia is possedit per 6. vel 7. menses pacificè beneficium, & postmodum alius v. g. resignatarius possidet illud per reliquos 6. vel 5. menses, hic posterior possessor tueri se non potest regulæ hac de annali; eò quod regulæ loquatur semper de uno possessore annali. Paris. *de resign. l. 3. q. 5.* citans Sarn. *hic. q. 62.* & Mandof. *q. 23. num. 6.* ac dicens, hanc esse sententiam communem. Castrop. *d. 2. p. 33. n. 8.* citans Azor. *l. 7. c. 34. q. 7.* Neque obstat huic responsioni, quod tempora prædecessoris & successoris conjungantur, non tantum in materia profana, v. g. ad complendam præscriptionem, ut Bald. *conf. 159. l. 3.* Card. Paris. *conf. 1. num. 117. vol. 1.* apud Paris. *de resign. loc. cit. n. 46.* (uti etiam idem patet in ulucapione, dum ejus tempora conjunguntur, v. g. ex persona defuncti & hæredis. *l. qui cum pro hærede. ff. pro empr.*) verum etiam in ipsa materia beneficiæ, v. g. in quasi possessione interessendi electionibus Episcoporum, & similibus, juxta *c. placuit. 16. q. 3. c. cum Ecclesia Sutrina de causa poss. & propr. c. cum de benef. de præb. in 6.* nam imprimis à profana materia non licet arguere ad beneficiæ, Paris. *loc. cit. n. 46.* dicens, licet ad præsentem objectionem respondisse Rebuff. *tr. de pacif. poss. n. 267. & seq.* licet alias juxta *c. auctoritatem Martini. de præb. in 6. Gl. in c. 1. eod. tit. & l. Baldum. in c. inter ceteras. de rescript.* Card. Paris. *conf. 119. nu. 2. vol. 4.* Decium *conf. 305. & c.* apud Paris. *de resign. loc. cit. n. 39.* beneficia ultimis voluntatibus comparentur. Deinde speciale est, quod conjungantur tempora in materia interessendi electionibus favore Ecclesiæ. Paris. *n. 44.* juxta Gl. *Pragmat. sub tit. de pacif. poss. r. possider. & Rebuff. ubi ante. num. 268.*

*Quaestio 836. Num gratiosa illa subrogatio, de qua supra, operetur continuationem illam possessionis in ordine ad complendam annalem pacificam, seu in ordine ad effectum hujus regulæ?*

**R**espondeo negativè C. de Luca *de benef. d. 47. n. 31.* in casu, ubi tempore concessæ subrogationis possessio de facto esset plena, ideo, quod tunc dari non possit ficta illa continuatio possessionis, pro quo citat Greg. *decif. 285. n. 5. & seq.* Au autem hoc dicendo, videatur admittere affirmati-

vam in casu, ubi pro tempore datæ subrogationis possessio non esset plena de facto, non est usque adeò certum.

*Quaestio 837. An exceptio hujus regulæ, seu annalis pacifica possessio prioris possessoris, & in specie resignantis, suffragetur successoris, & in specie resignatario?*

**R**espondet negativè Paris. *l. 3. q. 5. n. 51.* citans Cassad. *super reg. Cancell. decif. 16.* Mandof. *ad hanc reg. q. 62.* tum quia hæc regulæ non est realis, sed secundum stylum Cancellar. est personalis, utpote semper respiciens ipsum impetrantem & possessorem. Paris. *num. 51. & 55.* citans Card. Paris. *conf. 44. num. 17. vol. 1. Cald. conf. 8. num. 4. de rescript.* Decium *conf. 699. n. 4.* ac ex Bursatt. *conf. 393. n. 15. vol. 4.* dicens, hanc sententiam esse communem DD. Tum quia verba regulæ cum dirigantur ad possessorem (intellige actuale, seu eum, qui actu possidet beneficium) non possunt verificari in alio, nempe prædecessore, qui jam possidere desit. Paris. *num. 55.* tum etiam, quia sicut possessio regulariter non transit in quempiam ipso jure; ita nec exceptio qua sita vigore possessionis. Paris. *n. 54.* Ac denique quia qualitas annalitatæ deficit per mortem prioris possessoris; cum mors omnia solvat, atque etiam per cessionem seu resignationem, quæ est mors civilis. Paris. *cit. n. 54.*

*Quaestio 838. An si quis possedit beneficium pacifice per undecim menses, & tunc illud resignat, & antequam resignatarius capiat possessionem, labatur mensis, & sic completur annus conjungendo illos 11. menses cum illo uno mense, an inquam, in hoc casu regulæ de annali obstat impetranti?*

**R**espondet negativè Paris. *cit. q. 5. n. 64.* ex Mand. *ad hanc regulam. q. 22.*

*Quaestio 839. An si resignans post resignationem manserit in pacifica possessione, possit tueri hac regulæ, & exceptione contra impetrantem dictum beneficium per obitum resignatarii?*

**R**espondet affirmativè Paris. *l. c. n. 58.* citans Mand. *ad hanc reg. q. 29.* Sarn. *q. 57. in fine.* & Rotam in Hispal. *Capellania 10. Maii 1538.* & in Bergenfi *Canoniat. 18. Decembris 1536.* eò quod, licet per renunciationem amittatur possessio civilis & naturalis, ut Jo. And. Abb. *Imol. in c. solliciti. de restitut. spolii. c. Paris. conf. 39. n. 3. vol. 4.* cum communi apud Paris. quam diu tamen manet in detentatione, videtur retinere possessionem naturalem. Paris. *n. 59.* ex Calder. *conf. 4. de renunc. & quidem tinet, largo modo possidere dicatur, juxta Alex. in l. 1. de acquir. poss. Sitque detentio hæc adeò considerabilis, ut detentori competat restitutio. n. 60.* citans aliquas Rota *decif.* Porro ad illud, quod queri hic potest, num resignans, qui post resignationem manserit in pacifica possessione per annum, tueri se possit hac regulæ contra resignatarium.

2. Respondet affirmativè Sarnentis *ad hanc regulam. q. 34.* contra Mandof. *q. 28.* apud Paris. *l. c. num. 62.* Verum hæc quaestio hodie non videtur habere locum stante constitutione Gregor. *13. de publicando,* ubi annullat jus qb non publicationem